Eorundem Zulawskich coniugum mutua Aduitalitas.

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensis Capitaneatus Premisliensis Gnosi Albertus Zulawski de Zulawice Gnosi olim Andreae de eadem Zulawice Zulawski, cum olim Gnosa Cristina Mirosowska procreatus filius ab una et Marianna Rytarowska Gnosi Andreae Rytarowski, cum Gnosa Anna Ustrzycka procreata filia ab altera partibus sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensis Capitaneatus Premisliensis Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo Interesse recognovit. Qui Ipsi et quidem Consors cum eiusdem Mariti sui Ut: Tutoris Coniugalis authoritate et assistentia ac ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu, sibi mutuo et invicem una pars alteri omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatariorum Mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniarum, nec non auri, Argenti denodiorum stanni, aeris, Cupri Orichalci Unionum Margaretarum Vestium Vestimentorum Equorum Equiretum, Pecorum pecudum, ac totius suppellectilis domesticae in quacunque forma et materia existentes nunc habitae et in post habendae Mutuae

Aduitalitatem

515

392

Adaptabilitatem et Usufructum ad extrema duntaxat
vitae suae tempora tantum modo et non ultra dederunt et
concesserunt et inscripserunt assignaverunt, prout
dant concedant inscribunt et assignant praesentibus tali vi
delicet modo quod si prius praefatum Generosum
Albertum Zalawski Maritum quam Generosam
Mariannam Rytarowska Consortem suam de hac
luce decedere contigeret, extunc Generosa Conjux bona
suprascripta generaliter omnia ac res suprascriptas
Morte praefati Mariti sui derelicta, cum omni eorundem
bonorum Jure dominio proprietate Competentiaque et
praerogativa quavis omnibusque et singulis eorundem
utilitatibus et usufructibus tenebit habebit et possidebit
illisque quiete et pacifice utifruetur ad extrema dun
taxat vitae suae tempora post Mortem vero et de
hac luce decessum praefatae Generosae Consortis extunc pro
ducta bona et res generaliter omnes Inscriptioni praesentis
subiectae Morte praedicti Generosi Mariti sui derelictae
ad successores praenominati Mariti sui sine quovis
impedimento et contradictione successorum praedictae
Consortis suae totaliter et plenarie redibunt et
devolvent. Similiter quoque si prius praenotatam Generosam
Mariannam Rytarowskam Consortem suam Ultimam
Mori contingeret extunc Idem Generosus Maritus bona
suprascripta generaliter omnia Morte praedictae Consortis
suae derelicta cum omni eorum Jure dominio pro
prietate Competentiaque et prerogativa quavis omnibusque
et singulis eorundem utilitatibus et usufructibus tenebit
habebit et possidebit illisque quiete et pacifice ad
extrema duntaxat vitae suae tempora utifruetur.

Post Mortem vero

Post Mortem vero Eiusdem Mariti sui extunc bona su
praescrā generali omnia Morte eiusdem Consortis suae
derelicta ad Successores Consortis suae sine quo
vis impedimento et contradictione successorum
Mariti sui totali et plenarie devolvi debebant
et tenebantur his suis praesentibus personalibus recogni
tionibus ad praemissa omnia mediante

Feria Quinta in crastino diei
cinerum Anno Dñi Millesimo sex
centesimo Septuagesimo Primo. 12/11

Malskie coniuges Infideles Kiel
man et Freyda coniuges Iudaeos
quietant.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus 515
Castrensis Capitaneatus Premisliensis Nobilis Simon Malski et
Hedwigis Coniuges legitimi sani mentibus et Corpo
ribus existentes a Terris districtibus Iuribus Iurisdictio
nibus suis quibuscumque propriis et Competentibus recedentes
Libertatem vero Castrensis Capitaneatus Premisliensis Iurisdictio
ni quoad actum hunc attinet se cum successoribus
ac bonis suis generali omnibus totali et plenarie
incorporando atque subiungendo palam libere pu
blice ac per expressum recognoverunt et quilibet
illorum seorsim suo pro Interesse recognovit
Quia Ipsi et quidem Consortes cum assistentia Ma
riti sui ut Infideles Kielman Eliasiewicz
et Freyda Coniuges Iudaeos in Villa Zamoy
sce Arrendatores tum Iclio filium et Conju